

vos estis eis præstantiores?
Varablas. Intueamini volucres cæli,
 &c. Nonne vos longè
 præcellitis illas?
Syriacus, n. 27. Quis autem ex vobis, qui
 sollicitus possit addere.
Arias. Qui anxiatu potest adji-
 cere.
Alia littera, ut restatur Hugo. Ad ætatem suam.

ALTER TEXTUS.

Lucæ, 12. n. 24. Considerate corvos, quia
 non seminant, neque metunt, quibus non est
 cellarium, neque horreum, & Deus pascit
 illos: quanto magis vos plures estis illis.
Ibid. num. 25. Quis autem vestrum cogit-
 ando potest adjicere ad staturam suam cubi-
 tum unum,
Ibid. num. 26. Si ergo neque quod mini-
 mum est, potestis, quid de cæteris solliciti estis?

EXPOSITIO.

SECUNDUM, & tertium argumentum ponit Dominus cum suis exemplaribus rationibus, quæ multum movent. In secundo agit de cibo, in tertio de vestitu: & procedit de minori ad majus. De cibo agens ait: *Respice*, quod magnam habet emphasim; nam hoc verbum idem valet, ac reflectere oculos: peccator enim, ob sui miseriam, post tergum habet, quæ ad sui documentum, ac salutem pertinent. Vide lib. 3. cap. 4. num. 66. *Volatilia cæli*, de minori ad majus procedit Dominus; quia si Deus alit aves irrationales, de victu non sollicitus, quanto magis habebit providentiam de hominibus rationabilibus, Christi sanguine redemptis, ac hæredibus cælorum. *Non serunt, neque metunt.* Rectè ponderat Chrysostr. *h. mil. 22.* Non enim dixit: *Respice*, quia volant aves, quod nobis certè impossibile est prorsus imitari: *Sed quòd absque sollicitudine sua præparatione pascantur*, quod nos quoque, si volumus, facillè quimus implere. Deus non vult à nobis impossibilia; & ideo non præcipit, ut attendamus ad aves, quod volant, quod excedit nostram naturam, sed quòd sine sua sollicitudine pascuntur, quod à nobis facillè præstari potest. *Et pater vester.* Ait Pater vester, non illorum, ut advertit D. Thomas, quia propriè pater est creatora rationalis, si quidem homo dicitur per gratiam adoptatus in filium. Et valde signanter dicitur *Pater vester*, ut agnoscamus, si illis Deus,

quorum creator, & Dominus est, ad vitam necessariam præbet; quanto magis vobis id facturus, quorum & pater est: ut ita, inquit Abulensis, nobis ingerat magnam confidentiam, quia Pater miseretur filii, & non potest oblivisci illorum; ita Deus, cum sit Pater non potest se continere, quin miseretur. *Plalm. 102. num. 13.* *Sicut miseretur pater filiorum, miseretur & Dominus timentibus se. Pascit illa.* Euthymius. Qui corpus cibo indigens vobis aptavit, ipsius quoque alimentum omnino præbet. *Et pascit illa,* ait Carthusianus per suas causas secundas, tanquam per ministros ordinatos, & designatos ad hoc. *Nonne vos magis plures estis illis*, id est, *præstantiores estis illis*, ut habet Syriacus; *seu longè illa præcellitis*, ut ait Varablas, cum sitis filij; & hæredes regni cælorum.

Quis autem vestrum cogitans. Lucas hæc enarrans addidit: *Si ergo quod minimum est, non potestis, quid de cæteris solliciti estis.* Et procedit à minori ad majus. Et ostendit Dominus, quòd omnis noster labor est irritus, & inanis, nisi Deus aspiciat, & prosperet. Et agit hæc Dominus, ut rectè explicant Cajetanus, Franciscus Cajetan. Lucas, contra sollicitudinem multorum de cibo, qui ferunt, metunt, congregant timentes, ne defectu cibi eorum vita minuat, atque deficient. Et probat Dominus ex motu augmenti. Quamvis enim quis sit sollicitus omni anxietate, & conatus non potest adicere cubitum unum super staturam suam justam, & determinatam à Deo: ita etiam vana est omnis circa effectum cibi sollicitudo in motu nutritionis, nulla enim annona, opumque congesta copia potest adicere ad annos tuos diem unum. Ergo sicut Deo reservatum est augmentum corporis ad staturam justam; ita etiam ad eum pertinet, conservare, ac perdurare vitam usque ad metam ab ipso ordinatam, ad quæ, tanquam providus pater, necessaria ministrat.

Advertit autem Euthymius, hæc potius dici cubitum, quam digitum, vel palmum, quia per cubitos solet fieri hominis mensura: nam qui libet homo, rectè, & aptè compositus, tot habet cubitos suos in altitudine quot in latitudine, si expansis brachiis apponatur. Atque ita ex hac ratione fit, ut homo sit quadratus, cum æqualem habeat longitudinem, ac latitudinem, ut ita in virtute, constantia, ac perseverantia. quadratus, firmus, solidusque sit.

QUESTIO X.

Quare Dominus potius adducat in exemplum, non homines illustres, sed aves cæli?

UT Dominus explanaret divitias bonitatis divini, ac amplè dinem suæ infinitæ providentiæ, quæ homines pascit citra omnem eorum sollicitudinem, non adducit in exemplum Israël per quadraginta annos alitum in deserto *Deuter. 8. num. 3. & 4.* non Eliam, non Joannem Baptistam, aut similes heroes, sed cæli aves.

Rectè respondet primò D. Chrysostr. *h. mil. 22.* Cum hominum proponere posset exempla

pla, Moysem, & Eliam, & Joannem. cæterosque proferte, qui eorum similes de victu non fuerunt solliciti. Ut magis audientium conscientias veberaret, de irrationalem illos securitate monuit. *Si enim justos illos memorare voluisset, dicitur isti continuo fuissent, nec dum ad eorum virtutis acumen ascendimus. Nunc verò eis cæli volatilia proponens, omnem prorsus occasionem hujusmodi contradictionis incidit.* Si Dominus illos viros adduceret in medium, statim auditores facile responderent, quòd illorum virtutes non habebant nec per similes eorum favores à Deo promerebant. Ut Moyses quadraginta diebus esset sine cibo jejunos. Elias pascitur à corvis; Joannes ita esset austerus, ut de eo dicitur: Venit Joannes, nec manducans, nec bibens. Ut ergo Dominus omne impiis amputaret subterfugium, omnemque objectionem præoccuparet, de avibus adducit exemplum, quæ sine sua sollicitudine pascuntur, ut ita eos magis veberaret, ac confunderet, ut ait Euthymius, exemplo irrationabilium animalium.

Secundò idem Chrysostr. respondens: *In hoc quoque legem imitatus antiquam: nam veius quoque lex & ad apem, Eccl. 1. num. 3. ad formicam. Proverb. 6. num. 6. h. mines remittit; & ad turturem aliquando, & ad hirundinem, Jeremia 8. num. 7.* In tradenda sua doctrina à volatilibus assumpsit Dominus exempla, antiquam legem imitatus, quæ multa documenta præbet, irrationabilia animalia nobis objiciendo, citato loco *Proverbia: Vade ad formicam, piger discet vias ejus; ut hoc fieret in nostram eruditionem, quòd semper probata dicta, & facta majorum, ac antiquorum sequamur, ac imitemur, & ab eis non declinemus: nam in approbata via, securitas est; in nova periculum. Vide supra cap. 12. num. 29. 30. & 31.*

Tertio Euseb. Emislenus homil. in Dom. 15. post Pentecost. *Si igitur ait, ea, quæ propter hominem facta sunt, & quæ ad ipsius comparationem, aut porva, aut nulla sunt, sine labore, & sollicitudine Deus, omnipotens pascit, quanto magis eos non derelinquet, qui ad ejus imaginem facti, ejus gratia sunt reconciliati.* Si magna sua providentia Deus alimenta præbet, ac pascit animantia bruta, quæ ad obsequium hominis sunt creata; quòd magis non deseret, sed alimoniam homini suppeditabit, quem in tanto condidit honore, tantaque gratia insignivit? Quos enim Deus condecorat, non derelinquit, sed semper ad majora promovet.

Quartò. Theophylactus. *Potuisse afferre in exemplum, ait, Eliam, & Joannem, & meminisse avium, ut admoneret, nos etiam illis brutiores esse.* Homo omnium creaturarum Magister, ac dominus conditus est à Deo; tamen ita per peccatum à suo honore decidit, ac insipiens factus, ut jubetur multa discere, ac documenta accipere ab animantibus irrationabilibus: nam per suum peccatum eis brutior factus est. *Jeremia 8. num. 7.* *Avius in cælo cognovit tempus suum; turtur, & hirundo, & ciconia inlodierunt tempus adventus sui: populus autem meus non cognovit judicium Domini.* Comparat eos parvis aviculis, ut ait D. Hieron. & dicit, deteriores factos esse, ut Isaias de insipientibus animalibus testatur cap. 1. num. 3. *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe*

domini sui, & populus meus non intellexit. Non comparat eos cani, sed his duobus animalibus, Hieron. quæ sunt valde insipientia, ut notat D. Hieronymus. Et ait: ego eos adoptavi in filios, & feci populum peculiatem, & partem meam, ac foniculum hæreditatis meæ; appellavitque eos primogenitos: illi autem ne hoc quidem fecerunt, quod bruta faciunt animalia, ut beneficiis vincerentur, & intelligerent pastorem; ac nutrimum suum.

Ait Scriptura *Genes. 7. num. 11.* quod mensè secundo rupti sunt omnes fontes abyssi magna, & cava cæli aperta sunt. Unde infert D. Ambrosius; quod diluvium contigerit ingrediente verno tempore, verbi gratia ut computat Cornelius à Lapide, in fine Aprilis; vel in exordio mensis Maij; nam hoc tempus erat secundus mensis apud Hebræos; eorum enim annus mensè Martio suum habebat initium. Cor ergo aspirante verno tempore diluvium diffunditur super universam terram; Pulchram rationem reddit D. Ambrosius lib. de Noë; & Arca, cap. 14. *Non de est terra, ait, obsequiis suis, non bestia desunt muneribus suis, quæ solennes solentur in partus, ut homini nihil desi: homo solus partibus suis desit; nescit auctorem suum, à quo omnia ei ministrantur, negligit conditorem.* Quando flavescunt segetes, florescunt prata; vites, ac arbores produunt fructus suos animalia dant partus suos; tunc inundatio aquarum totam superficiem terræ cooperit, ut videatur justa pœna homini infligenda; nam cum omnia insensibilia, ac bruta animantia sua munera persolvant, solus homo brutis animalibus deterior factus per peccatum, in obligatione sibi injuncta deficit, ut suum creatorem despiciens, non agnoscat, nec reveretur.

QUESTIO XI.

Quare Dominus adducat in exemplum potius animalia volatilia, quam terrestria?

AD quætionem respondent primò Albertus Magnus, Abulensis. Quia volatilia non quarunt cibos pro longo tempore, nec congregant, & ideo non sunt tam solliciti de cibo, ac quædam animalia gressibilia, tam terrena, quàm aquatica, quæ cibos pro longo tempore conservant, ut formica, mus montanus, ac multi pisces in suis antris. Et ratio differentiæ in his animalibus est. Quia natura, juxta uniuscujusque conditionem, & indigentiam, dedit eis majorem, vel minorem vim provisionis. Nam volatilibus major est facilitas habendi cibum, quàm gressibilibus; quia volatilia possunt se transferre in partes longinquas orbis, si hinc non inventiant alimoniam sibi convenientem, ut sæpè faciunt. Gressibilia non possunt facile mutare locum; & ita eis natura dedit instinctum ad majorem sollicitudinem, præcipuè cum inter hæc animalia gressibilia, quibuldam sit motu difficilior, ut patet in formica, quæ, cum sit tarsi motus non valet discurrere per loca longinqua.

Secundò, D. Ambrosius in cap. 12. *Lucæ. Illis, scilicet*

Ambros.

scilicet volatilibus cœli, Idcirco inelaborati pabuli usus exuberat, quod fructus sibi communes ad escam...

Qui nihil sibi acquirit, omnia possidet.

67. Maximus.

Tertio, D. Maximus hom. 2. de non timendis hostibus carnalibus, sic ait: Aves propter viles escas...

omnis cumulat be-

68. Quilibet loquitur de his que ei sunt gratia.

69. Glossa.

Anastasi.

Quarto, Facile unusquisque de his loquitur, quæ ei sunt jucundiora, cum autem volatilia gratiora essent Christo, quam animalia terrestria...

aquis sunt genita, omnia Deus benedixit; à terra verò genita animantia privavit benedictione; nam...

Theophyl. Spirituales, Deo benedicuntur.

Quarto, D. Ambros. lib. 3. Hexaëmeron. cap. 7. Forè mirentur aliqui, quod prius pecori pabulum, quam...

Divina providentia ad minima etiam se extendit.

Genes. 12.

Vidit Jacob scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlos, Genes. 28. num. 12. Per hanc scalam divinam providentiam inter-

Theodor.

Sapient. 8.

August.

Deus curam habet de minimis.

Luc. 12.

Hoc Geometr. dicitur

dicitur ostendit, ne quidem minimum passerulum in oblivione esse coram Deo. Igitur accuratio divina...

Chrysof.

QUESTIO XII.

Tres quaestiones resolvuntur.

72. Hilari. Palatius

QUESTIO PRIMA: Quid per volatilia hic intelligatur? D. Hilarius, & Palatius in sensu valde allegorico Demones intelligunt...

Idem.

Paschaf. Hieron.

Chrysof. August. Hieron. An. Olyss. Euseb.

73. Mattheus scribit volatilia, Lucas verò corvos. Abulcus.

T. Iplex solutio.

74. Chrysof.

Erius. Nobis laborandum pro vultu.

Matth. 6. n. 28. Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, neque nent.

Ibid. num. 29. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut unum ex istis.

Ibid. num. 30. Si autem fecerim agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei?

VERSIONES.

Pagninus. Cognoscite lilia agri. Francisc. Lucas. Perdite lilia agri. Syriacus, n. 29. Dico vobis, nec Shelemoum quidem in tota gloria sua sic amictum.

Arabicus. Nec Salomon in universa gloria sua vestitus est.

Alii alit. apud Hagonem. Nec Salomon in omni regno suo.

S. Nilus in Asce. Et tamen majori, Salomon, gloria circumdatur.

Euthym. n. 30. Si herbam agri Deus sic vestit, quanto magis vos, o homines modicæ fidei.

Theophylactus. Si gramen agri, multo magis vobis id faciet, parum fidentes.

ALTER TEXTUS.

Lucæ 12. n. Idem habet. 27. & 28.

EXPOSITIO.

Si jam quartum argumentum, & à victu transit ad vestimentum, quod est etiam necessarium ad vitam humanam. Et est vis argumenti: Si Deus tanta pulchritudine, & decore exornat lilia agri, quanto magis homines in se confidentes. Et ait, Considerate, seu, ut habet alia littera, Percontate, seu sumite exemplum, lilia agri. Inter flores lilia singulari pollent gratia, decore, candore, ac odore. De quorum elegantia multa Plinius lib. Plinij 21. cap. 5. Et lilia ita suis involucribus crescunt, & nutriuntur, tanquam vestibus obvoluta, atque amicta. Unde magna elegantia hic ponuntur in vestimentorum exemplum. Et, ut notat D. Chrysofom. hom. 23. non adducit ex avibus Chrysof. parvum.